



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 11. Alii Martyres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

tis linguam e faucibus rescindi jussit, qui Sæculum V.
A. C. 484.
mea ætate Constantinopoli degebant, ex-
pedite loquebantur, & nullum amissa lin-
gua incommodum sentiebant. Ex illis duo,
cum, libidine victi, pellices contigissent,
vocis usu privati sunt. Comes Marcellinus
in suo Chronico hæc habet: Rege Hunerico
jubente juveni Catholico, qui natus erat
mutus, lingua exsecta; ecce vero, mox ut
lingua privatus est, loqui cæpit, & dare
Gloriam Deo. Vidi Constantinopoli ali-
quos de illa turba Fidelium, quibus manus
una, & lingua abscissæ, articulate loquen-
tes. Imperator Justinianus in Constitu-
tione post hæc in Africam missa idem se L. I. Cod. de
off. PP. Afr.
vidisse testatur.

§. XI.

Alii Martyres.

Hunericus nec cum Vandalis Catholicis Vit. vit. lib.
V. n. 7.
 mitius egit, nec quidquam Uranii,
 Zenonis Legati, precibus dedit; imo ut
 palam faceret, quam viles sibi Imperator,
 & Romani essent, plures Tortores, & cœ-
 teris ferociores constitui jussit in illis pla-
 teis, & areis civitatis Carthaginensis, qua
 Legato ad Regiam venienti transeundum
 erat. Post longum tempus crudelitatis
 in hac persecutione exercitæ vestigia oc-
 currebant. Quidam sine manibus, aliqui
 sine pedibus, aut sine oculis, sine naso,
 sine auribus conspiciebantur. Aliorum,
Hist. Eccles. Tom. VII. **C** quos

Sæculum V. quos longo suspendio torserant, emotæ
A. C. 484. loco suo scapulæ supra caput eminebant,
 quippe in fastigio ædium suspensi mani-
 bus propellebantur, ut in aere penderent.
 Contigit non nunquam, ut fune rupto
 corruentium caput, aut crura frangeren-
 tur.

Dagila Regii Pocillatoris uxor jam an-
 te sæpius sub Genserici Regno Fidem
 confessa nobili genere orta, & tenero
 corpore flagellis, & fustibus verberata,
 in locum aridum, & desertum proscrip-
 ta est, ubi nullum ab hominibus suppetebat
 solatium. Ipsa relicta domo, conjuge,
 prole, in Deo lætabatur. Postmodo facta
 est mulieri licentia in aliam solitudinem,
 & mitius solum transeundi; sed ipsa re-
 nuit.

Septem Monachi quoque Martyrii Co-
Pass. 7. Mon. ronam adepti sunt. Liberatus Abbas, Bo-
 nifacius Diaconus, Servus, & Rusticus
 Subdiaconi, Rogatus, Septimus, & Maxi-
 mus simplices Monachi. Hos ex Regio-
 ne Capsensi invitarunt, ut Carthaginem
 venirent; & initio quidem Monachis
 blandiebantur, summa Fortunæ bona,
 Regis favorem adpromittebant. Cum
Martyres. vero in Fide Trinitatis, & unius Baptis-
 matis firmi persisterent, catenis onusti in
 obscurum carcerem detruduntur. Po-
 pulus Catholicus, expugnata donis ex-
 cubitorum fide, diu noctuque victos ad-
 ibant,

bant, Doctrinam hauriebant, ad subeun-
 dum Martyrium animos capiebant. His
 ad Regem delatis, Monachos gravioribus
 vinculis premi, & cruciatibus in illam us-
 que diem inauditis affici voluit. Tum
 iussit navem lignis tenuibus, & aridis im-
 pleri, in ea Monachos alligari, & navem
 in mare propulsam incendi. Igitur edu-
 cuntur ex carcere comitante magna po-
 puli multitudine; ipsi ad Martyrii Lau-
 ream omnes verbis accendebant. Inter
 eos ætate minimus erat adolescens nomi-
 ne Maximus; hunc saltem seducere cona-
 tu ingenti nitebantur. Ipse virili constan-
 tia edicebat: *Frustra estis! nunquam a Pa-
 tre meo Liberato, & a Fratribus avelli me
 patiar.* Ubi cimbæ impositi sunt, & ligno
 adstricti, quibus imperatum erat, ignem
 admoverunt, qui statim extinctus est; &
 quamvis sæpius flammam suscitare cona-
 rentur, irritus semper labor fuit. Rex
 pudorem non ferens iussit eorum capita
 remis conteri. Corpora in fluctus pro-
 jecta mare præter naturam protinus red-
 didit. Ea præsens populus honorifice se-
 peliit, Exequias ducentibus Clericis Car-
 thaginensis Ecclesiæ. Præter alios ade-
 rant Archidiaconus Salutaris, & secun-
 dus Diaconus Muritta, trina antea Fidei
 confessione illustres, qui Reliquias porta-
 bant. Hæ in Monasterio Biguano prope
 Celerinæ Basilicam terræ mandatæ sunt.

Sæculum V.

A.C. 484.